



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

III. Vt laici ecclesiastica non vsurpent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

nones clericorum præbendæ recipiant sectiones. Idcirco vt in magnis, ita quoque in minimis suis membris * firmam habeant ecclesiæ vnitatem: diuisionem præbendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

I I.

Plures clericorum (quod mœrentes dicimus) eorum quoque qui prius * secundum professione, votis & habitu reliquerunt, dum communes vsuras quasi manifestius damnatas exhorrent, commodata pecunia indigentibus, possessionem eorum in pignus * accipiunt, vltra sortem. Idcirco generalis Concilii decernit auctoritas, vt nullus amodo constitutus in clero, vel hoc vel aliud vsuræ genus exercere præsumat. Et si quis hactenus possessionem alicuius data pecunia sub hac spe in pignus acceperit, si sortem suam, deductis expensis de fructibus iam recepit, absolute * restituat debitori. Sin autem aliquod * munus habet, eo recepto, possessio libera ad dominum reuertatur. Quod si post huiusmodi constituta in clero quisquam extiterit, qui detestandis vsurarum lucris insistat, ecclesiastici officii periculum patiat, nisi forte beneficium ecclesiæ fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laica videatur.

I I I.

Quamuis graue nimis & diuini dignum animaduersione iudicii habeatur, quod laici quidam quod sacerdotum est vsurpant in ecclesiasticis rebus, maiorem id formidinem inquit ac dolorem, quod fomitem sui erroris, * qui ipso Deo auctore,

ANNO
 CHRISTI
 1169.
 cantur a-
 liquoties
 inuenire:
 dum

vacare afferunt, alant: dum quidam fratrum, & co-
 episcoporum nostrorum, aliorumque prælatorum
 ecclesiæ decimas eis, & ecclesiarum dispensationes
 indulgent, & in deuia eos mortis impellunt, qui
 prædicatione ipsorum ad vitæ viam fuerant reuo-
 candi. De quibus dicit Dominus per prophetam:
Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem pro-
nocant animas eorum. Vnde statuimus, vt si quis
 alicui laico in sæculo remanenti ecclesiam deci-
 mamque concesserit, a suo statu tamquam arbor,
 quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & do-
 nec se emendet, lapsum suum deflens, * subiaceat
 dolore prostratus.

IV.

In partibus Tolosæ damnanda hæresis dudum
 emerfit, quæ paulatim more cancri ad vicina loca
 se diffundens, per Guasconiam & alias prouincias
 quamplurimos iam infecit. Quæ dum in modum
 serpentis intra suas euolutiones absconditur, quan-
 to serpit occultius, tanto grauius periculum in sim-
 plicibus commolitur. Vnde * contra eos, episcopos
 & dominos sacerdotes omnes in illis partibus com-
 morantes vigilare præcipimus, & sub intermina-
 tione anathematis prohibere, vt vbi cogniti fuerint
 illius hæresis sectatores, ne receptaculum quisquam
 eis in terra sua præbere, aut præsidium impertire
 præsumat. Sed nec in venditione, aut emptione a-
 liqua cum eis omnino * commercium habeatur; vt
 solatio saltem humanitatis amisso, ab errore viæ suæ
 resipiscere compellantur. Quisquis autem contra
 hæc venire tentauerit, tamquam * princeps iniqui-